



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 88. Varia Theologorum sententia circa Hierarchiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „quis certum habetur, quod Archiepiscopus
 A. C. 1562. „copatus, Patriarchatus, & Papatus
 „non sint Ordines, & per Episcopatum
 „nihil aliud, quam jurisdictio, & superi-
 „rioritas denotetur: igitur in jurisdi-
 „ctione consistit Hierarchia, & in illa
 „Concilio Niceno posita fuit, cum de
 „Pontifice Romano, Alexandrino, &
 „Antiocheno verba fecit; adeoque cum
 „de Ordine tractatur, non est oportu-
 „num agere de Hierarchia, ne forte ad-
 „versariis calumniandi causa præ-
 „beatur. „

§. LXXXVIII.

*Varia Theologorum sententia circa
Hierarchiam.*

Sarp. p. 576. **H**ic articulus de Hierarchia non mi-
 nus, ac ille de Episcopatu longum
 modum tempore discutiebatur; quia
 enim speciale quid in medium proferre
 gloriosum censebat, præcipue circa
 quæstionem: an Episcopatus sit Ordo
 a sacerdotio diversus, ubi plures in eam
 sententiam abibant, quod Episcopatus
 duntaxat dignitate sacerdotio sit superi-
 or, nilque aliud Presbyteratui super-
 addat quam jurisdictionem, non autem
 diversum Ordinem, quam opinionem
 sancti Thomæ Aquinatis, & D. Bonave-
 nturæ testimoniis firmabant: Atte-
 men notum est, quas dari potestates di-
 veras

verfas, quarum una vocatur *potestas Or-* Sæcul. XVI.
dinis, quæ peccata remittendi, Corpus A.C. 1562.
 Christi conficiendi, aliaque præter Con-

firmationem, & Ordinem Sacramenta
 administrandi potestatem complectitur:
 altera vero, quæ *potestas jurisdictionis*
 appellatur, in facultate puniendi per
 censuras, necnon in jurisdictionis Ec-
 clesiasticæ usu consistit: in quam ve-
 ro potestate Hierarchia consisteret, haud
 adeo facilis erat decisio, cum nonnul-
 li eam in sola Ordinis potestate colloca-
 rent, ac proin ab hac Hierarchia Archi-
 episcopos, Episcopos, Patriarchas, imo
 & ipsum summum Pontificem, qui ta-
 men præcipua illius membra sunt, ex-
 cluderent; si enim Ordinis potestas di-
 versis annexa est ordinibus, hæc di-
 gnitates ad Hierarchiæ summam haud
 pertinere manifestum est, eoquod hæ
 diversos non constituent Ordines juxta
 horum Theologorum sententiam: alii
 econtra Hierarchiam constituebant in ju-
 risdictionis potestate, attamen hoc pa-
 cto summus Pontifex, Patriarchæ, Ar-
 chiepiscopi atque Episcopi sola forent
 hujus Hierarchiæ membra, sacerdoti-
 bus inde exclusis: tertia denique pro-
 ferebatur opinio illorum, qui Hierar-
 chiam in utraque Ordinis, ac jurisdic-
 tionis potestate constituebant, quorum

D d 3

quoque

Sæcul. XVI. quoque sententia utpote veritati magis
 A.C. 567. confona a ceteris probabatur.

§. LXXXIX.

De Hierarchiæ forma disputatum.

Sarp. p. 575. **H**aud magis expedita erat definitio
 quæstionis circa Hierarchiæ for-
 mam. circa quam disceptabatur, quod-
 nam sit primum fundamentum, cui in-
 nititur character Sacramenti Ordinis
 ac dignitatis Hierarchicæ, ita, ut abs-
 que eo homo nec ad Presbyteratus or-
 dinem, nec ad Episcopi, Archiepiscopi
 & Pontificis dignitatem sit idoneus:
 porro quidam hanc formam esse chari-
 tatem statuebant: verum ex hac opi-
 nione ingens enascebatur difficultas,
 nam ex hac ratione deduci poterat,
 quod Sacerdos amissa charitate ab Hie-
 rarchia excluderetur, suamque autori-
 tatem, ac Christianum populum regen-
 di potestatem amitteret: quod tamen
 Wiclefi errorem saperet: ideo alii pro
 hac forma assignabant fidem informem
 seu charitate destitutam; ast huic opi-
 nioni objiciebatur, quod fieri posset,
 ut quidam Præsul nequidem hanc fidem
 informem habeat, sed in animi sui
 recessu omnino infidelis existat, unde
 fieret, ut in hoc eventu omnes ejus fun-
 ctiones, ac cuncta, quæ administraret
 Sacramenta forent invalida, atque ex
 hac